



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Si solus Christus redemptor, & mediator debet dici. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

sumpsit, in quo & morte gustavit, quo cœlū nobis  
aperuit, & à seruitute diaboli, i.e. à peccato, serui-  
tus enim diaboli peccatum est, & à pœna redemit.

*Quomodo & à qua pœna Christus nos redemit  
per mortem.*

C

Aqua pœna temporalis, & æterna. Ab æterna qui-  
dem, relaxando debitum. A temporali vero penitus *Ad Cor. 15. d*  
nos liberabit in futuro, quando nouissima mors  
inimica destruetur. Adhuc n. expectamus redem-  
ptionem corporis secundum animas vero iam re-  
dempti sumus ex parte, non ex toto, à culpa non à  
pœna, nec omniō à culpa. Non enim ab ea sic re-  
dempti sumus, ut non sit, sed ut non dominetur.

*Quomodo pœnam nostram portauit.* D

Peccata quoq; nostra, id est, pœnam peccatorum *Petri 2. d*  
nostrorum dicitur in corpore suo super lignum  
portasse, quia per ipsius pœnam quam in cruce tu-  
lit, omnis pœna temporalis, quæ pro peccato con-  
uersis debet, in baptismo penitus relaxatur, ut  
nulla à baptizato exigatur, & in pœnitētia mino-  
ratur. Non enim sufficeret illa, cœta, qua pœnitē-  
tes ligat Ecclesia, nisi pœna Christi cooperaretur,  
qui pro nobis soluit. Vnde peccata iustorum, qui  
fuerunt ante aduentum, in susceptione Dei fu-  
isse usque ad Christi mortem, dicit Apostolus, *ad Rom. 3. 4*  
ostensionem iustitiae eius in hoc tempore. Ecce a-  
periè expositum est, quomodo, & quid Christus  
per mortem nobis meruit & impetravit.

*Si solus Christus debet dici redemptor, ut solus dicitur  
mediator.* E

Vnde ipse verè dicitur mundi redemptor, & Dei  
hominumq; mediator. Sed mediator in scriptura  
dicitur solus filius: Redemptor vero aliquādo et-  
iam Pater vel Spir. S. Sed hoc propter usum pote-  
statis, non propter exhibitionē humilitatis & obe-  
diētiæ. Nam secundū potestatis simul & obediētiæ  
usum, filius propriè dicitur redemptor: quia in se

Pp 5      explē-

expleuit, per quæ iustificati sumus, & ipsam iustificationem est operatus potentia deitatis cum Patre, & Spir. S. Est ergo redemptor, in quantum est Deus, potestatis visu: in quantum homo humilitatis effectu. Et sepius dicitur redemptor secundum humanitatem, quia secundum eam & in ea suscepit, & impieuit illa sacramenta, quæ sunt causa nostra redemptionis. Propriè ergo filius dicitur redemptor.

## De Mediatore.

*i. Tim. 2. b**August. ad versum 28.**Psal 103.**Draco iste quomodo**Rom. 8.**Job 31. b.**Rom 2. b**Sapien. 11. d**Aug. in libr.**de Tri. 13. c.**16. ad fin.*

Qui solus dicitur mediator, non Pater vel Spir. S. De quo Apost. unus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, i. per hominem quasi in medio arbitrus est ad conciliandam pacem, i. ad reconciliandum homines Deo. Hic est arbiter quem Iob desiderat. Ut nam esset nobis arbiter. Reconciliari enim sumus Deo, ut ait Apost. per mortem Christi, Quod non sic intelligendum est quasi nos ei sic reconciliaverit Christus, ut inciperet amare quos oderat, sic reconciliatur inimicus inimico, ut inde sint amici qui ante se oderant: sed iam nos diligenti Deo reconciliati sumus. Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filii, nos cœperit diligere: sed ante mundum, priusquam nos aliquid essemus. Quomodo ergo nos diligent Christus reconciliati? Propter peccatum cum eo habebamus inimicitias, qui habebat erga nos charitatem, etiam cum inimicitias exercebamus aduersus eum, operando iniquitatem. Ita ergo inimici eramus Deo, sicut iustitiae sunt ipsimica peccata & ideo dimissis peccatis tales inimicitiae finiuntur: & reconciliantur iusto quos ipse iustificat. Christus ergo dicitur mediator, eo quod medi⁹ inter Deum, & homines ipsos reconciliat Deo. Reconciliat a. dum offendicula hominū tollit ab oculis Dei, i. dum peccata delet, quib. Deus offendebatur, & nos inimici eius eramus. Sed cum peccata delectat non solus filius, sed & Pater & Spir. S. quorum delectio est nostra ad Deum recon-